

Urkundenbuch der Reichsabtei Hersfeld. Erster Band (Ed. Weirich) Nr. 18

Karolus gratia dei rex Francorum et patritius Romanorum. Notum sit omnium fidelium nostrorum magnitudini et industriae futurorum, qualiter nos propter nomen domini et animae nostrarae remedium donamus ad monasterium Herveldense, quod constructum est a Lullone familiare nostro in vaste Buchonia in honorem apostolorum Symonis et Tathei, villam unam nomine Ottraha cum omni integritate terris domibus mancipiis silvis campis pratis paschuis aquis aquarumve decursibus. Etiam indultam esse volumus matrem aeclesiam in eadem villa eidem monasterio praefato cum tali decima a loco qui dicitur Siggenbrucca usque in Steinnaha et inde usque ad Wilzesberg, sic per divexitatem montis usque Hunengesrot, inde ad Salzesberg usque in flumen Geysaha, ibi vadato flumine usque in Fuldam, inde sursum in Iazaha, inde in Suarzaha, inde deorsum in Leimenbrunnun et in Ypha, sic deorsum in Sualmanaha, inde per obliquum ad pontem Screggesbahc, inde in Holunbahc et Dietwinesroht, inde sursum in Wipffingesstein et Salmanneshusun, inde deorsum ad praedictum flumen Sualmanaha, inde iterum ad Siggenbruccun. Et ut haec nostra tradicio omni tempore maneat firma, anulo nostro insigniri eam iussimus. Data II kal. sept. inductione VIII, anno XIII regnia nostri in Inglinheim in palatio nostro publico.